



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Bibliotheca Scriptorvm Sacri Ordinis Cisterciensis Elogiis  
Plvrimorvm Maxime Illvstrivm Adornata**

**Visch, Charles de**

**Coloniæ Agrippinæ, 1656**

Epistola Reverendissimi & Eximij Domini, Ioannis Blanckenberg, Abbatis  
Veteris montis, S. Theol. Doctoris, & Cisterciensis ordinis per Westphaliam,  
& tractum Rheni, Vicarij generalis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38433**

## EPISTOLA

ordinis nostri scriptores speciali humilitatis virtute præditi, prisorum Patrum consilio edocti, dicentium, monachi vocem plangentis esse, non docentis propria nomina confulto reticuerint; votis tamen tuis annuens, quorundam Authorum, simul & anonymorum manuscriptorum ordinis nostris seriem, quorum opera adhuc in Bibliothecâ nostrâ Morimundensi afferuantur, transmitimus.

Illud igitur agas, amabo, quod te vixisse testetur, ad maiorem Dei gloriam, & ordinis nostri decus, meique in tuis sacrificiis sis memor, qui sum.

REVERENDÆ PATER,

Morimundi, 28.  
Januarij. 1648.

Tuus in Christo Confrater, &  
Servitor, F. CLAVDIUS,  
Abbas Morimundensis.

## EPISTOLA

Reverendissimi & Eximij Domini, IOANNIS BLANCKENBERG,  
abbatis Veteris montis, S. Theol. Doctoris, & Cisterciensis ordinis per Westphalię, & tractum Rheni, Vicarij generalis.

### INSCRIPTIONE

Reuerendo & doctissimo Domino, D. CAROLO DE VISCH, S. Theol. Baccalaureo, Dunensis  
Monasterii Religioso & Priori, Domino suo Confratri.

**R**EVERENDÆ & doctissime Domine,  
Gauis fui suprā modum, lectis gratissimis vestris litteris, tumquod ex ijs cognoscam  
bonam valetudinem Reuerentiae Vestrae (cui gratias dico, quod antiquum suum erga nos affec-  
tum tam fideliter continuerit;) tum etiam, quod turbulentis hisce temporibus, Altissimus ope-  
rarios semper excitet, qui sollicitè laborent in vineâ Cisterciensi, camque doctissimis suis scrip-  
tis illustrant.

Laudo & commendo zelum Dominationis Vestrae, cuius fœtum audiissimè desiderabo im-  
pressum. Quoad Scriptores ordinis nostri Germanos, quos Reuerentia Vestra requirit, paucos  
reperire potui; nonnullos tamen mitto, quos ex monumentis nostris collegi, credo quod saltem  
aliquos illorum non habeatis. Litteras vestras quas transmisstis pro Abbatibus, de Veteri Cam-  
po, Hemmenrode, Heisterbach, & alijs, vti etiam pro Eximio Domino Caramuele, destinavi;  
si quid respondeant, habeo curam vt vobis dirigatur. Insuper, quantumvis proprijs ac meo-  
rum officijs interpellatus, semper tamen promptissimè ad manum ero R. Dominationi Vestrae.

Festinâ manu dabatin Veteri monte, 27. Novembris, anni 1647.

Reverentia Vestra officiosissimus, Fr. IOANNES Abbas Veteris  
montis Vicarius, manu propria.

Litteras R. mi Domini Ferdinandi Vghelli Abbatis SS, Vincentij & Anastasiij iuxta Romam,  
viri, scriptis suis tñto orbe clarissimi, recepi plures, quæ passim citantur in Bibliothecâ, eum  
de Italâ Scriptoribus ago, quos magno numero natihi transmisit.

EPI-